



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et  
antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon  
nouationes Libellus**

**Vincentius <Lerinensis>**

**Venetijs, 1549**

De symbolo apostoloru[m] 11

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36089**

DETERM. SCHOL. PARISIEN.

Eti uiri : inter quos splendidum ecclesiæ iubar Augustinus  
hoc manifeste indicat, qui Alogos sive Alogos inter hereti-  
cos ab ecclesia damnatos cōnumerat, eo quod Ioānē apō-  
stolum & euangelistam negent euangeliū scripsisse Apo-  
calypsim. Quapropter eodem modo lapsus est hic scriptor  
in ista propositione, ut in præcedentibus propositionibus  
præmissum dubium proponendo, pusillis præbens offendī-  
cūlum, omissa explicatione determinationis ecclesiæ, acro-  
rum conciliorum, & sanctorum patrum.

Titulus 11. De symbolo apostolorum,

In præfatione in Mattheū propositio Erasmi.

**S**ymbolum an ab apostolis proditum sit, nescio.  
Censura.

Cum symbolum qd' apostolorū dicitur, ab apostolis edi-  
tum esse & promulgatum sit fide tenendum, teneant quoq;  
catholici doctores. Clemens huius noīs primus in epistola  
ad Iacobum fratrem domini: Aug. serm. 2. dominica in ra-  
mis Palmarum, et uigilia Pentecostes : Ambrosius item &  
Leo primus atq; alij uniformiter unumquēq; apostolorum  
quod sensit dixisse, dum illud cōderent, hæc nescientia im-  
pietati deseruiens, scandalose proponitur.

Titulus 12. De traductione sanctorum

scripturarum in linguam vulgarem.

Propositio Erasmi prima in præfatione eius-  
dem in Matthæum.

**S**acras literas cupiam in omnes uerti linguis.  
Censura.

Quāuis in quācunq; linguam uertantur sacrae literæ et  
suapte natura sanctæ sint et bone, quāti tñ sit periculi per-  
mittere paßim lectionem earum in linguam vulgarem tra-